



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. Quos sanos Dominus appellet?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VeraPhi-
lophia 22
fideicon- 22
cors. 22

Veraphi- Ex hac didicere, Legibus, pœnis præmiisque non
lophi esse locum, ubi nullus contingentiæ. Deum non age-
fidei con- re naturæ necessitate, quæ extra sunt, sed sumina li-
cors. bertate. Libertatem hanc non à totâ actione solum, sed
à determinante ad vnum necessitate liberam esse. Ex
hac habent, præscire Deum futura contingentiâ quia
futura sunt, nō vero futura esse, quia p. c. scit. Nec ta-
tim absolute ut fiat decreta esse, quia futura illi præ-
noscuntur. Ex hac hauere, non infundi habitus, sed
crebris actionibus acquiri, acquisitos iam, vel actum
intermissione, vel contrariorum exercitio amitti pos-
se. Peccata proprie dici non posse, quæ non fiunt
scilicet, & ex περιπέτειας, & quæ sunt alia. Quibus om-
nibus cum Theologiam ex diametro non contrari-
re rectissime iudicare, ipsâ etiam Theologiæ do-
Scriptu- gmata non raro superstruxerunt, absurdum liquidem
ra arellâ, videbatur, Deum à seipso dissentientem facere, qui
ratione quod rectâ ratione verum esse dicatasset, scripturæ
non dis- voce falsum pronuntiaret. Sic ergo de prædestinatio-
sentit. nis, Conuersionis, & perseverantiæ negotio discer-
runt, ut illa omnia ad perficiendam, beatandam quæ na-
turam, non verò ad euertendam comparata esse in-
telligerent, necesse hoc crassius philosophati, quum
non per inanem philosophiam deuasiantur animi,
sed sanioribus rectâ rationis præceptis de Theolo-
giæ veritate certiores redduntur, & contra impiorum
philosophorum fœles argumentationes magis confir-
mantur.]

Scriptu-
ra à rectâ
ratione
non dis-
sentit.

Q V Æ S T I O I V.

Vnde vocatio efficax?

S. I. **D**vplicem esse vocationem non modo Pa-
tres, sed res ipsa quotidie docet, & Scriptu-
ra. Prima quæ est secundum gratiæ propositum, quæ
est electorum: Altera quæ est aliorum, qui venire no-
lunt, & cui resistitur. Efficacia vocationis in eo consi-
stet, quod eo loco, tempore, constitutione vocati fiat,
quo Deus, qui omnia præuidet, vocatū cooperaturū
præsciat, etenim ille non modo quid omnes causas æ-
cturæ essent, sed etiam si alio modo hunc mundum, aut
alios mundos simili modo creasset, si alias occasiones
bene agendi, vel peccandi dedisset, quod singulis mo-
mentis singuli, pro libertate facilius tribuit, prænotuit. Cū
igitur gratiam tribuit, quæ efficaciter, sed libere tamē
animū permouet, singulare beneficium est, nam non
modo ita in natura sua, graduque talem effecit, vt bo-
næ operationis possit esse principium, sed etiam eo tē-
pore, & circumstantiis dedit, quam efficacem fecit
esse futuram. Qui verò efficaciter non vocantur, illi,
etiā eandem gratiam si gradum specietes accipiant, pos-
suntque si velint conuerti & sequi, non tamen eo
modo omnia constituta sunt, vt facere velint, quod
velle possunt, aut faciant, quod possunt.

Possunt,
sed nolunt,
qui ineffi-
caciter vo-
cantur.

§. 2. Porro bonitatis aeterna est, quantum in se-
est, omnibus gratiam offerre, quod etiam facit, sed
eam non omnes amplectuntur. Nec repugnat hoc
experientia, quam obicit Piscator. [Gratiam il-
lam, (in amica collatione cum Vorstio, Dei salutarem in
Euangelio offerri omnibus hominibus pugnat cum i.
experientia & cum dicto illo Pauli, 2. Ad. 1. v. 16. prae-
teritis aetatibus sciauit Deus omnes gentes suis ipsarum
viis incedere. Deinde non est dissimulandum & hoc:
gratiam illam, in Euangelio offerri quidem multis:
verum tamen non omnibus eodem modo: quia ele-
ctis offertur cum adiuncta diuina operatione fidei, Act.
13. v. 4. reprobis vero sine illa operatione, vel etiam cu-
adiuncta diuina excoercatione Ioan. 12. v. 39. & 40.]
Non ignoramus multis gentibus aut fero datum
Euangelii lumen, aut ab illis reiectum, nec iterum
posteris datum. Nec tamen verum est, eis non dari

Omni-
bus gra-
tia offer-
tur, sed in-
equalis.

singularem gratiam, qua Deum agnoscere, illique
seruire possent, si modo ea, quam acceperunt, uti re-
cte velint.

VERSUS 10. 11. 12.

Et factum est: discumbente eo in do-
mo, ecce multi publicani & pecca-
tores venientes, discumbebant
cum Iesu & discipulis eius: Et vi-
dentes Pharisei, &c.

QVÆSTIO I.

An cum peccatoribus agendum?

S. 1. **A**dmonitio vim continet reprehensionis; quasi vel peccata probaret, vel diuinius adalarctur, vel sane ipse quoque similis esset. Qui cum malis agit, aut est, aut fit malus. Christus vero causam suam, suorumque agit; nam quamvis Christum primario, tamen etiam discipulos culpabant. Lucas utrorumque mentionem facit, *Editis & bibitis*, vos licet & praeceptor vester: Et primum videntur cum discipulis ex postulasse, eos se exemplo praeceptoris excusasse.

§. 2. Christus respondit. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Misericordiam se velle, non sacrificium, venisse non vocare iustos sed peccatores. In qua responsione varia disputatio est.

Præcisè & breuiter Dominus responderet, & argu-
mentum retorqueret. Peccatorum familiaritate acce-
re me vultis; ne contagio quodam mali inficiar; ate-
go è contrario assero, consortia peccatorum mihi
quærenda; Cum enim summus Ecclesiæ doctor, re-
conciliator, & mediator sim à Deo constitutus, pec-
catores ad penitentiam vocare, instruereque meum
est officium. Et quamuis alii metu vulgandæ con-
tigionis ægrotos vitare consueuerint, medicorum ta-
men officium est, ægrotis adesse, at ego medicus sum,
peccatoribus à vertice vsque ad plantam non est fatis;
itaque cum illis me conuersari oportet.

§. 3. Τελους ὄντος τῷ ἀνέειναι τὰ τέλη ab emendis ve-
tigalibus publicis dicitur: honoratum olim munus,
sed ex abusu & auaritia infame. In Græco est καὶ ἰδὲ
& ecce multi, noster coniunctionem omisit, quod et-
iam Beza probat.

Domus Matthæi alio loco erat non ad ipsum telonium; in ea conuiuium exhibuit; qui sunt vocati, etiam publicani & peccatores familiares Matthæi, quibus Christus remisit peccata, vt Chrys. hom. 31. Hieron. Euthym. Tertull. lib. 1. de pudicitia gentiles esse putauit, idem Chrysost. non dubito al. quos fuisse Iudæos, & d. gentiles alios. Romani enim equites & Regalia conducebant, vtebantur fororum & provincialium ministeris.

Monet hic Wolfgangus Masculus, non posse eos qui omnia deserunt, Christo conuiuium exhibere. Quasi vero non ipsa desertione, & in pauperes distributione conuiuium exhibeant. Nec mihi dubium est, quin in primitiua Ecclesia, cum possessionum venditarum precia ad Apostolorum pedes abicerentur fideles, id non recte factum arbitretur, multa enim conuiuii paupertas illi praecedit.

QVÆSTIO II.

Quos sanos Dominus appellet?

§. 1. **Ι**χθύνες valentes, sanos vocat, quos opponit
 Ικανοῖς ἐχθροῖς, Syryseos nominat

debis chait ghabidin, male affectos, cum vero nec Pharisei sani essent, nec sine Christo ullus sit non deploratissima valetudinis, qui igitur sani? aut qui deinde iusti?

Hoc argumentum Pelagianis fauere videbatur, quia eo probabant, gratia non opus esse iustis, sicut non est medicina valentibus.

Verum Christus responderet Phariseis ex eorum argumento, nec tamen ideo concedit, vllum esse, cui gratia sua opus non sit. Indignabantur eum cum peccatoribus conuersari, si in sua eum consuetudine retinere potuissent, quandoquidem sese iustos arbitrabantur; nulla omnino fuisset querela. Ita Christus ad hoc respondet; si vos sancti, si sani, finite medicos ire ad impios, egrotos. Quemadmodum lac asini non nisi ad edes egrotorum deterebatur. Ambrosius de penitentia. Animaduerte tandem sententiam illam Domini singularem, quia dicit: non est opus sanis medicus, sed male habentibus: non enim veni vocare iustos, sed peccatores in penitentiam. Vocat ergo Dominus ad penitentiam peccatores, & optat medicum nossemus magis pro se quam sanis. Sed non ideo iustos praterit, quia peccatores adsciscit. Nam iustorum vita divina vocatio est, sicut nonaginta & nouem oues in montibus dereliquit, qui vnam erraticam requisivit: illis debuit reddens iustitiam primum, istis beneficium misericordie collaturus.

§. 1. P. Cyprianus in Epist. ad Antonianum hinc probat lapsis facile ignoscendum, ille ad Nouatianos propentebat. Et iterum: Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Quam potest exercere medicinam, qui dicit: ego solos sanos curo, quibus medicus necessarius non est: operemur nosstram medelam nostram vulneratis exhibere debemus. Nec putemus mortuos esse, sed magis semianimes iacere eos, quos perfectione sine se a sauciatis videmus: qui si in totum mortui, nunquam de eisdem postmodum confessorum & martyrum fierent. Sed quoniam est in illis, quod penitentia sequente reualeat ad fidem, & ad virtutem de penitentia robur armatur; quod armari non poterit, si quis desperatione deficiat, si ab Ecclesia pure & crudeliter segregatur, ad gentiles se vias & secularia opera conuertat, vel ad hereticos & schismaticos reuertatur ad Ecclesia transeat.

§. 3. Eodem argumento vtitur Epist. 77. ad Stephanum, ut persuadeat, eos facile in communionem recipere idos, quos Martinus Arelatenus fraude seduxerat. Cum ergo pastoribus talibus per quos Dominica oues peccatores negliguntur & pereunt, sic Dominus comminetur, quid nos aliud benignere sibi oportet, frater charissime, quam colligendum & reuocandum Christi ouibus exhibere diligentiam plenam, & curandis lapsorum vulneribus paternam pietatis adhibere medicinam; quando & Dominus in Evangelio monet & dicit: Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Nam etsi pastores multi sumus, ipsum tamen gregem pascimus, & oues vniuersas quas Christus sanguine suo & passione quasiuit, colligere & fouere debemus, nec pati supplices & dolentes fratres nostros crudeliter despicere, & superba quorundam presumptione calcari.

§. 4. Deum vero etiam sanis medicum esse ostendit Aug. Sermon de vocatione Pauli, & oratione Dominica. Tunc ergo medicus à sano contemptus est, nunc curat egrotum. Alia enim sunt precepta quadam medicina ad tenendam sanitatem, sanis enim dantur ne egrotent: Alia sunt autem, quae iam egroti cum accipiunt, recuperant quod amiserant. Bonum erat homini ut obediret medico, cum sanus esset, ne medico illi opus esset. Non est enim opus sanis medicus sed egrotantibus. Proprie quippe medicus dicitur, per quem sanitas recuperatur. Nam semper Deus medicus opus est etiam sanis, ut sanitas ipsa teneatur. Bonum ergo illi erat tenere perpetuam sanitatem, in qua conditus erat. Contempsit, abusus est, intemperantia sua decidit ad malam valetudinem huius mortalitatis: audiat vel modo precipientem medicum, ut possit inde surgere, quo per peccatum ipse decubuit.

Sanos itaque appellat, quasi concessione quadam, se enim illi sanos existimabant, licet eo gravius egrotarent, quo minus morbum nouerant. Monet autem ne sani agitis medicum inuideant.

VERSUS 13.

Euntes autem discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

QUESTIO I.

Quomodo misericordiam vult & non sacrificium?

§. 1. Osee 6. Deus ita loquitur **כִּי חֶסֶד חָפַצְתִּי וְזָבַח** Ki chesed chapatzti velo zabach, quia misericordiam volui, delectatus sum misericordia & non sacrificio. Sententia non est, noluisse Deum in veteri Testamento sacrificia, illa enim præceperat, sed omnibus misericordiam præponere. Itaq; negatio, **וְזָבַח**, comparationis vim habet. Maldon. notabilem locutionem, doctrina mea, non est mea. & Ioan. 7. 16. non estis vos. Rom. 10. 10. non est volentis, Aug. lib. 20. contra Faustum, quam sacrificium, quod indicant sequentia **וְדָבַחְתִּי אֱלֹהִים מֶגְהוֹלֹת** vedahat elohim megholoth: scientiam Dei præ holocaustis. Scilicet illum Chaldaeus reddidit. Nam in eis, qui exercent misericordiam voluntas coram me est magis, quam in offerentibus sacrificia. Comparet igitur loquitur, & ostendit potissimum non sacrificio delectari, sed misericordiam. **כֶּסֶד** chesed. propterea affectus est pietatis erga parentes, liberos, amicos, beneficentia beneuolentia. Vnde & cicon am vocant **חַסִּידָא** chasida ab effectu erga suos, quemadmodum Graeci conuerso ab illa aite nomen ad alia deriuauit: **παραγεν** enim & **ἀντιπαραγεν** dicunt naturali **σὸς** amare, redamare.

§. 2. Duobus modis intelligi verba Prophetæ possunt, vel de misericordia Dei erga homines, vel hominis erga proximum. In duas enim partes diuisi sunt interpretes.

De misericordia Dei erga homines accipiendum, De misericordia videtur ostendere contextus Prophetæ. Quid faciam, cordia Dei inquit v. 4. quo loco misericordiam suam paratam ostendit, sed quam illi suis peccatis impeditam eant, v. 5. nubes matutina, quæ imbrem salutarem promittit, sed radiis solis dissipatur. Propter hoc doluit in Prophetis, ut proliem, & ad rectitudinem deducerem, & Prophetas occidi verbis oris mei, cum eos vobis obicerem. Causa, quia ad penitentiam reducere conatus sum, & misericordiam meam malo quam sacrificium. Ita Hieronymus. Osee. Chrysostom. in hunc locum. Alii de misericordia hominum in homines interpretantur. Itaque cum dicit, misericordiam Ephraim & Iudæ esse instar nubis matutinae, & roris, significat eos, handquaquam constanter pietati seruire, à præfinito beneficio ad auaritiam crudelitatemque conuerti.

§. 3. Mihi videtur de misericordia generatim loqui prophetam, tam ea quam Deus homini, quam illa, quam homo homini exhibet, inter se enim iunguntur, & coherant, misericordibus enim illa præstatur, misericordes enim misericordiam consequuntur. Sed præcipue tamen de illa quam inter se homines exercent. Nam si prophetam spectes, facile apparet, Deum loqui de aliquo quod ab homine requirit. Obi cit enim Ephraim & Iudæ misericordiam eorum, esse quasi nubem matutinam, & quasi rorem mane pertransientem, hoc est breuem, euanidam: Cum vero dicit,

misericordia